



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. X. De impedimentis impotentiae, claudicantiae, & raptus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

phonso de Castro de potest. legis pœnal. lib. 1. cap. 12. Demum non ita pridem Innocentius X. dispensavit cum Calimiro Poloniæ Rege, et Mariam Gonzagam, Mantuæ Principem, uxorem fratris sui demortui, matrimonio libi copularet. Et rursus idem Pontifex cum Senatore Burdigalensi anno 1651. dispensavit, ut duas alterius Senatoris Burdigalensis sorores successivè uxores haberet, fuitq; ad me transmissum breve dispensationis, per R. P. Joannem Aycard, Ordinis nostri, tunc Romæ apud S. Mariam Majorem Penitentiarium, nunc vero Inquisitorem Avenionensem, licet talis dispensatio non fuerit executioni mandata: Ergo matrimonium in primo gradu affinitatis transversæ lineæ, non est jure naturæ irritum.

81. Quantum verò ad primum gradum affinitatis lineæ rectæ, multi non improbabiler existimant irritari jure naturæ matrimonia inter affines in tali gradu, id est inter privignum & novercam, privignam & vitrium, locerum & nulum, focrum & generum: Tum quia (inquiunt) talia matrimonia à nulla gente fuerunt unquā admittenda, sed semper ut naturæ adversa reprobata. Unde Apostolus 1. ad Corinth. 5. concubitus privigni cum noverca, appellat fornicationem, *qualis nec inter gentes auditur*. Tum etiam, quia hæc tenet Ecclesia non dispensavit usquam in illo gradu affinitatis, licet pluries, ut vidimus, in primo gradu affinitatis lineæ transversæ dispensaverit.

82. Probabilior tamen videtur sententia quæ docet, ne primum quidem gradum affinitatis in lineæ rectæ dirimere matrimonium jure naturali, postq; super eo dispensari, sed non nisi ex gravissima causâ, propter indecetiā quæ aliquin apparet in tali matrimonio, præsertim inter novercam & privignum. Ita docent Cajet. 2. 2. quæstione 154. artic. 5. circa solutionem tertii, Abulenſis super caput 8. primi Regum, Petrus de Ledesma, Henriquez, Emanuel Sa, Rebellus, Pontius, Amicus, & plures alii, quos refert & sequitur Sanchez libro 7. disputatione 66. Idque plane supponunt canon 61. Concilii Agathensis, & canon 30. Epheſensis, ubi prohibetur quidem matrimonium privigni cum noverca, sed tamen additur, ut si ante prohibitionem contractum fuerit, non dissolvatur. Idemque statuitur ibi, & iisdem verbis, de matrimonio cum relictâ fratris vel avunculi, quod ferè omnes fatentur non esse irritum jure naturæ.

83. Potestque id confirmari ex Concilio Aurelianensi 3. can. 10. ubi sic statuitur: *De incestu conjunctionibus itaque sunt serventur, ut hi qui aut modò ad Baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro novitate conversionis ac fidei suæ credimus consulendum, ut contracta hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum, quod de incestu conjunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est observetur: id est, ut ne quis sibi sub conjugij nomine sociare præsumat relictam patris sive uxorem, sobrinam, consobrinam, vel relictam avunculi vel patrui. Quibus verbis, cum statuitur ut non solvantur ante baptismum matrimonia in gradibus illis affinitatis contracta, illa fuisse valida aperte significat.*

84. Nec obstant quæ in favorem adversæ sententiæ adduximus, nam falsum est, matrimonia inter affines in primo gradu lineæ rectæ, nunquā fuisse apud Gentiles admittenda, Rex enim Seleu-

cus, teste Valerio Maximo, lib. 5. cap. 7. suam uxorem Stratonicam cessis proprio filio Antiocho, ex alia uxore genito, nec factum reputavit Valerius. Et quamvis talia matrimonia sint communiter apud Gentiles admittenda, non ducitur certum argumentum ea esse jure naturæ irrita: ideo enim rarissime sunt, quia in illis quædam apparet indecetiā, non veto ex eo quod sint legi naturali adversa.

Ad locum vero Apostoli, concubitus privigni cum noverca fornicationem appellatur, *qualis nec inter gentes auditur*, respondeo Paulum loqui de eo qui vivente patre uxorem ejus acceperat, & quidem etiam ipso invito, ut D. Augustinus & S. Thomas ibidem docent, & colligunt ex verbis illis ejusdem Apostoli, 2. Corinth. 7. *Scripti vobis non propter eum qui passus est deccariam, nec propter eum qui passus est deccari*.

Quod autem nunquam legatur Pontifices in eo dispensare, argumentum est merè negativum, nullam in præsentī materia vim habens: cum enim, ut dicebamus, in matrimoniis illis indecetiā quædam appareat, non mirum quod nullus ex Catholicis ea in re unquam tentaverit, nec à Sede Apostolica dispensationem postulaverit.

Ad perfectam hujus impedimenti intelligendam, observandum est, affinitatem dirimere duntaxat matrimonium postea contractum, si enim superveniat matrimonio jam contracto, ut fit interdum per copulam illicitam cum consanguineis conjugis in primo vel secundo gradu, per eam non dirimitur matrimonium, sed duntaxat usus illius impeditur; quatenus ille qui copulam incestuosam habuit, privatur jure petendi debitum conjugale (nisi præhabita dispensatione, quam Episcopus dare potest) tametsi non privetur facultate reddendi, ne pariter innocens puniatur ob delictum alterius. Præterea privatur etiam spe inveniendi aliud conjugium, si uxori superfluo situr declaravimus dispuit, præcedenti art. 2. explicando impedimentum ex crimine provenientia, quæ impedit matrimonium contrahendum.

ARTICULUS X.

De impedimento impotentia, clandestinitatis, & raptus.

85. Obriè ac breviter de impedimento impotentia agemus, quia plura quæ circa illud occurrunt, vix honestè detegere & explicari possunt, magisq; ad Medicos quam ad Theologos spectare videntur. Docent ergo communiter Theologi, quod si impotentia ad actum matrimonij perpetua sit, id est sine miraculo, vel probabili vitæ periculo tolli non possit, & præcedat matrimonio, ipsum omnino dirimit, idque etiam jure naturæ, quandoquidè ex jure naturæ nemo potest se obligare ad impossibile: sed si ei superveniat. Quod si impotentia sit tantum temporalis, id est sine miraculo, aut probabili vitæ periculo, tolli possit, matrimonium non dirimit. In dubio autem an impotentia præcesserit, non judicandum est præcessisse, si provenit ab intrinseco; secus autem verò esse, si ex maleficio, aliæ causâ extrinseca oriatur. Quia quod à natura inest, semper esse præsumitur, non autem quod adventit ab extrinseco, nisi oppositum probetur. Ad

Experiendum vero, an impotentia sit perpetua, vel temporalis, datur coniugibus a iure triennium, quo elapsione fructu, censetur impedimentum perpetuum, & matrimonium dissolvi potest, seu d. clarior in vobis.

Docent etiam, impotentiam esse duplicem, unam absolutam, quae est respectu omnium alteram respectivam, quae est tantum respectu alicuius; primamque esse impedimentum diuini, respectu cuiuscumque, id est impediens ne valide cum quacunque vel quocumque contrahatur alteram vero dicere quidem matrimonium respectu illius personae ad quam est, non autem respectu aliarum.

Ad impotentiam autem reducitur etatis defectus, si quis enim ante pubertatis annos, aetate mas ante decimum quartum, & foemina ante duodecimum aetatis annum expleto, contrahat, matrimonium nullum est, saltem Ecclesiastico, propterea forte propinquior legem etatis tenet, malitia supplicet aetatem.

Præter hæc decem impedimenta matrimonium dirimentia, alia duo fuerunt addita a Tridentino, nempe clandestinitas, & raptus. Nam sess. 24. Decreto de reformat. matrimonij cap. 1. decernit, ut deinceps non possit valide contrahi matrimonium, nisi præsentem Parochum, vel de eius licentia alio Sacerdote, cum duobus aut tribus testibus. De quo fuit disp. 4. art. 3. agendo de consensu clandestino. Item cap. 6. in raptos sequens decretum edidit: Decernit Sancta Synodus, inter raptorem & raptam, quoad ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse contrahere matrimonium. Quod si raptus a raptore separatus, & in loco tuto ac libero constitutus, illam in virum habere concesserit, tunc raptor in uxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consensum, & favorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omnique dignitate incapacit, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Tenentur præterea raptor, mulierem raptam, si de eam uxorem duxerit, iure non duxerit, decem arbitrio iudicis fratre. Plura de rapto diximus disp. præcedenti art. 2. Unde de impedimentis matrimonij nihil aliud hic occurrit dicendum.

Quantum vero ad potestatem dispensandi in illis, dico breviter, summum Pontificem valide dispensare posse in impedimentis omnibus, quæ iure Ecclesiastico matrimonium dirimunt, secus vero in illis quæ iure naturali, vel divino, illud dissolvunt. Episcopus autem non potest ordinari in impedimentis matrimonij iure positivè dirimentibus dispensare, cum hæc impedimenta, vel a Summis Pontificibus, vel a Conciliis generalibus inducta fuerint. Quia tamen leges humane moraliter tantum obligant, id est quantum fieri potest sine gravi scandalo aut detrimento, & dari potest casus, in quo maximum detrimentum aut scandalum oritur, si recurrendum esset ad summum Pontificem, ideo potest in tali casu Episcopus dispensare, ex benigna reservationis interpretatione.

Plures hic agunt de debito conjugali, & modis, quibus peccant conjuges in usu matrimonij, de quo lato ac pingui calamo disserit Sanchez toto libro 9. per quadraginta septem disputationes. Verum quia in hac materia plurima sunt morbis illis similia, quos a Medicis quidem non ignorari necessarium est, sed tamen parum honeste deregi & explicari possunt, ab his in præsentem affundendum esse, puritati ac modestie religiose consentaneum existimavi. Unde præter solum hic transferre prædicationem Clementis Alexandrini lib. 2. Pæd. cap. 10. verba, quibus admonentur conjuges honestatis servanda in usu conjugij. Quibus (inquit) uxores ducere concessum est, ut pedagogy opus est, ut non interdum in iura mystica vel brevia orgia, nec ex Ecclesia p. g. aut ex foro maveredens, & illi more coeat, quando orationis & lectionis, esse etiam q. interdum sunt operum tempus est. Vespere autem oportet post convivium quiescere. & post gratiarum actionem quiescere. D. pro bonis quæ accepimus. Non temere autem concedit tempus natura, ut peragatur congressus matrimonij, est enim conjunctio de desiderabilior, quod discurrit. Neque vero non in

tanquam in tenebris se immodeste & intemperanter gerendum est, sed de cunctis tanquam lux rationis in animo est includenda, quibus enim a Pont. pe. telum texente differemus, si interdu quidem ex animo degmat a temperantia, postea autem ea re ex animo, cum in cubile venimus. Si enim honestatem oportet exercere, multo magis uxori tuæ ostendenda est, inhonestas vitanda, & unctioes, & quid caste verferis cum uxoris, hinc dignum de domo ad se refectum. Non est enim aliquid beneficium in ad eam reui. autem, qui quoniam non est testata ac probat, honestas in scribis illis voluntatibus. Benevolentia autem, quæ facit, se ferri præcipitem ad confessionem, exiguo foret tempore, & cum corpore consensit, non minusquam autem etiam p. ejus, si facit, & tam libidine, quando matrimonialis moderatio, non ac temperantiam, meretricia voluptas est, in iura affectum. Auantiu enim cordi, sunt uxoris amorisque veritatem extinguunt, sapientia, amor que sepe vertitur in odium, quæque reprehensionem inserit, facit. Impudentem vero verborum, & turpium figurarum, meretricia voluptas est, in iura affectum, & huiusmodi lasciviarum nomina, & ne sunt quædam meretricia, beatum sequentibus. Ap. stolun, qui abet, dicit: Fornicatio autem, & omnis immunditia, vel plura habendi cupiditas, ne nominetur quidem in vobis, sicut, & cetera. Recte ergo dixisse videtur quidam: Nulli quidem proprii ac totius, bene autem cum eo agitur, si non est tam lascer.

Addam quæ scribit Gregorius Magnus de cura pastoralis part. 3. admonitione 28. Admonendi sunt conjuges (inquit) ut suscipiant prole se meminerit causa conjugum, & cum immoderata adinventioni servientes, propagationis articulum in usum transferunt voluptatis, perpendant, quod licet extra non exagni, in ipso tamen conjugij iura transgrediantur. Proinde necesse est, ut crebris & hortationibus moneantur, ut desistant quod pulchram copula spectem, admixta voluptatibus suavit.

D. Thomas quest. 67. supplementi agit de pluralitate uxoris, quæst. 66. de bigamia, & quest. 67. de libello repudij. Verum quia de his, vel superioribus dispositionibus, vel in Tractatu de Ordine, fuisse diffusum, Tractatu de matrimonio, totique Theologia nostra finem imponam, verbis illis quæ scribit Augustinus in I. roemio libri 3. de Trinitate. In omnibus litteris meis, non solum prius Lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero. Verum tamen Lectorem sicut meum nolo mihi esse detulim, ita correctorem nolo sibi. Nemo non aliter amplius quam Catholicam fidem: iste non amet amplius, quam Catholicam veritatem. Sicut illi d. noli meis litteris quæsi Canones inferre, ita isti dico, noli meas litteras ex tua opinione, vel contentione, sed ex divina lectione, vel inconcussa ratione corrigere.

Omnia vero scripta, vel scribenda, Romanæ Ecclesiæ Censuræ humiliter subijcio, cujus & protectionem, ubi contra iniustos D. impugnavero correctionem, ubi erratis votis, Quidquid ab illa præscriptum fuerit, hoc teneo, quidquid improbatum, improbo; damnatum, damno, anathematizatum, anathematizo. Hæc est columna & firmamentum veritatis, errorum expulsi, hæresum domatix, Apostolica Traditionis cultor, bonorum morum magistra, & vera, ac viva, incorruptaque si ciregula. Hæc denique navis illa Petri, quæ petre non potest, & de qua Christus, verus & unicus magister noster, turbas docuisse dicitur, mystice nobis insinuat, quod apud Romanam Ecclesiam totius Christianæ doctrinæ autoritas & magisterium remaneret. Quicumque ergo aliquid ab Ecclesiæ Romanæ doctrina dissonum fuerit, haud dubie errat. Qui cum Romano Pontifice, Petri successore & Christi vicario, non colligit, spargit. Denique, ut Hieronymi verbis ad Damasum utar, & huic operi finem imponam: Ego nullum primum nisi Christum sequens, Cathedra Petri communi confessor, super illam petram edificatam Ecclesiam in se. Quæcumque extra hanc domum agnum comederit, propheta est. Si quis in hac arca non fuerit, peribit, regnante diluvio.

Finis Tomi V. Cypri Theologia Thomistica contra
moros eius impugnatores.

Tom. V.

HHhh 2

INDEX